

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Ad Memoriam Anniversariam ... Rvdolphi Ferdinandi
Liberi Baronis De Silverstein Et Pilnickav Hereditarii In
Klein-Eila Craschen Pavsén Davber Bvchwalde Et Barg**

**Sylverstein und Pilnickau, Rudolph Ferdinand von Sylverstein und
Pilnickau, Rudolph Ferdinand von**


[Leipzig], [MDCCXXXVIII?]


VD18 13539000

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-15018

MAGNAM VIRI
SIRIS
DINANDI
PILNIKAV
DE SILVA
HEREDITARI
TR
MAGNIFICVM
RECTOREM
GENERO
MVTATVM
DECANI





Quid futura feria quinta, RVDOLPHO in factis sacra, in memoriam nobis reuocat, beneficium, quo *Perillustri Generosissimusque Vir RVDOLPHVS FERDINANDVS LIBER BARO DE SILVERSTEIN ET PILNIKAV, Hereditarius in Klein-Eila, Craschen, Pausen, Dauber, Buchwalde et Barg*, cum scholas alias, et ecclesias, et xenodochia, tum maxime ciues Academiae nostrae, ornauit, tam magnum est, tamque splendidum et magnificum, vt, si regales Principum erga Academiam nostram liberalitates excipias, nullum aliud eidem equiparari possit, vt nunquam satis etiam a nobis laudari posse videatur. Etsi igitur ab aliis iam dudum sint de illo multa praeclare dicta, et litterarum quoque monumentis consignata, nunc tamen etiam a nobis requiritur, vt nos quoque nouis iterum laudibus hoc beneficium cumulatam commemoremus. Quid vero est, quod possit maiorem magni huius beneficii habere laudem, quam si dicamus, quod illud totum *sit mutuo datum ipsi Deo*, remuneratori eiusdem benignissimo et sempiterno, secundum illud sapientissimi Regum, מְלוֹךְ יְהוָה חוֹן הוּא, *mutuat Iehouae, qui largitur pauperi*, Prou. XIX, 17. In quo loco, ad maiorem, huius quidem generis, beneficiorum commendationem, et remunerationis certitudinem, haec quoque verba adiiciuntur: וְהָמֵלֶךְ יִשְׂרָאֵל—לוֹ, *et hic retributionem suam reddet ei*. Non quidem sumus nescii, hanc esse naturam, haec requisita, illius, quod proprie *mutuum* dici solet, vt Deus non videatur quicquam ab alio mutuari posse. Quid enim aliud est mutuari, quam aliunde illud sumere, quod ipsi non habemus, et cuius nos etiam indigemus? Sed Deus est אֱלֹהִים שְׂרֵי *omnipotens et sibi ipsi soli sufficiens*, Gen. XVII, 1. ἄπεσοδόμενος τινος, *qui omnino nullius indiget*, Act. XVII, 25: ἄτος τῶ ἁεραν καὶ τῆς γῆς Κύριος ὑπάρατων, *hic Dominus est, et coeli, et terrarum, quis dabit ei aliquid*, quod